

quia cum ipse peccaverit in conferendo, non est dignus hac potestate dispensandi, ut patet in simili de Episcopo simoniaco... 12 Nec suffragatur excommunicato, post collationem beneficii fuerit absolutus...

Prima est quia beneficium datur propter officium, cap. cum secundum de prab. c. ult. de rejct. lib. 6. Sed excommunicatus licet absolutus in foro penitentiali, non habet officii executionem...

trationis beneficii probetur dicto Penitentiarium & respondeat hie verbis: (Sed salvo saniori consilio, dico absolutionem probatam, dummodo tamen Penitentiarium hanc facultatem habet quam videtur habere, quia Episcopi hoc casu habent...

bente potestatem absolvendæ etiam in foro exteriori esse necessariam ad effectum validitatis gratie. Itaque solus Navarr. dict. conf. 47. de sentent. excomm. nulla, vel ratione, vel autoritate suffultus, sed obiter asserit absolutionem in foro conscientie tantum operari, ut absolutus obtinere possit beneficia sibi canonicè collata...



DE CLERICO PER SALTUM

PROMOTO.

Innocentius III. Bononien. Episcopo.

CAPUT I.

Tuæ litteræ continebant, quod (sicut ex relatione quorundam receperas) Presbiter Diaconique ordine prætermisso, se fecit ad Sacerdotii ordinem promoveri: Ipse tibi quoque secretò confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed ex quo boni viri hoc asserunt, inter quos fuerat conversatus, & credebat assertioni eorum: eò quòd tempore, quo ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis fuerat constitutus: & infra. Mandamus quatenus condignam penitentiam, pro hujusmodi negligentia injungas eidem: quæ peracta, (quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur] ipsum in Diaconum ordinare precures: & sic de misericordia eundem ministrare permittas in ordine Sacerdotis.

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

Z

carebat, quia tunc etiam ignoranter fuisset per saltum promotus contra talem irregularitatem non dispensaret nisi Papa. Exemplo Clerici qui non est ordinatus & ministrat in aliquo Ordine in apparatu, allegat Calder. in Decretali *si celebrat*, supra de Cler. excomm. ministr. Idipsum firmat Host. hic in princ. in verbo *Negligentia* in eo qui fuit ordinatus per saltum post annum decimum quartum, vel saltum post annum decimum octavum, qui tunc temporis requirebatur ad Ordinem Subdiaconatus, ut in clem. fin. de *etate & qualitate*. Tunc enim cum ignorantia sit crassa & supina que non excusatur, e. 1. supra de ordin. ab Episc. & c. *Apostolica* de Cler. excomm. ministr. solus Papa dispensaret, secus in ordinato per saltum ante decimum quartum annum, cum quo dispensat Episcopus secundum Hostiensium cujus opinionem dicit esse tutiorem Henr. Boich. in hoc. r. col. 2. ver. *sed opinio Hostiensis*, quia talis ignorantia seu negligentia in adulto non est tolerabilis in facto proprio, ut lege plurimum, ff. de jur. & fact. ignor. & l. cum falsum, ff. de acquir. heredit. & notat glossa ultima in l. fin. ff. pro suo & maxime recent, ut l. si res obligata ff. de leg. 1. & l. si duntaxat ff. de pan. & notat Zenzel. in clem. un. in verbo *Innoceat de jurjur.* & tam solemn, sicut collatio Ordinis Sacri, c. *Diaconus* & c. *Subdiaconus* & per totum 23. dist. & de Sacram. non iter. per tot. & de diffidat. negligentia prope dolum est, l. si fideiussor, ff. mandati; & de crassa & supina ignorantia dolo equiparatur, l. quod nerva, ff. de depol. d. c. *Apostolica* 2. resp. supra de Cler. non ord. ministr. & c. Ut animarum de consil. lib. 6. quod secundum Henricum maxime teneri potest ubi ministravit, quia talis quoad ordinem per saltum susceptum habetur per saltum in ordinato in sui prejudicium, ut non possit eligi in Episcopum juxta caput *A multis* supra de etat. & qual. & notat Archid. in d. c. *solicitudo* super verbo *officia* & Host. hic in fin. arg. c. 2. *sed neque verum* sicut juxta supra de translat. Episc. cum non ordinato autem ministrante solus Papa dispensat secundum Host. & Henr. Boich. in c. 2. supra de Cler. non ord. ministr. & Lap. d. alleg. 28.

Hodie cum promotus per saltum si non ministraverit, Episcopus ex legitima causa potest dispensare, ut statuitur jure novissimo Conc. Trid. c. 14. in fin. sess. 23. ex quo Decreto collige sublatam esse veterem Doctorum alterationem, an promotus per saltum sit ipso jure suspensus, ut in ministrando irregularitatem incurrat. Nam Archidiaconus & alii post eum in c. *solicitudo* 52 dist. tenebantur non esse suspensus nisi sicut ille qui est in mortali, ideoque hic celebrat mortaliter peccare, sed non officii irregulare; & consentiunt Summa Angelica & Rosella.

Et est simile quod dicunt Doctores de ordinato in Sacris ante etatem legitimam qui est suspensus quoad se non quoad alios, ac proinde de jure communi celebrando non incurrit irregularitatem, quod tenent complures quos retuli in c. vel non est compos n. 12. supra de temp. Ord. In oppositum est textus in d. c. *solicitudo* 52. dist. ubi patet ordinatum in Presbyterium, Subdiaconatum Ordine postposito, esse suspensum ab executione Sacerdotialis officii; & ita promotum per saltum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinem tenent hic Henr. Boich. col. 3. post med. ver. *si quis utrum recipiat*, Gemin. conf. 9. Præmissis n. 2. ver. *Nec etiam testes* & Lap. d. alleg. 28. & satis probatur in hac Decretali ubi sic promotus prohibetur ministrare in Ordine Sacerdotali, nisi hoc ei ex misericordia Episcopus permittat, ministrando autem in ordine a quo quis est suspensus, in irregularitatem incidit, c. cum aterni de re jud. lib. 6. hic, quod si suspensione durante dampnabiliter ingressus sit Divinis, irregularitatis laqueo se involvet & c. cum medicinalis in fine de sent. excomm. cod. lib. 8. hanc partem tenent Hostiensis & Doctores hic & Silvester in verbo *Irregularitas* n. 13. posteriore hanc sententiam non obscure probavit Concilium Tridentinum in d. c. 14. in fin. sess. 23. nam dum decrevit Episcopus ita demum posse dispensare cum promotum per saltum, si non ministraverit, utique suspensus sit promotum esse ipso jure suspensum ab executione Ordinem & celebrando novum impedimentum; & sic notam irregularitatis incurere, alioquin si suspensus non esset, sed tantummodo suspendendus ministrando in Ordine, utique novum impedimentum non contraheret, ut per Doctores in d. c. *solicitudo*; & ita ex hoc Decreto firmat Cardinalis Tolet. in Summa lib. 1. c. 50. in verbo *duo sunt* & Navar. loco citato.

Sed remanet dubium, an hodie Episcopus possit dispensare cum his qui non ministraverint, si scienter fuerint per saltum promoti, Marius Alterius tom. 2. de censur. disp. 10. c. 5. ver. *Hoc in loco*; & moderni Collectores hic opinantur posse dispensare, quia Concilium non distinguit de ordinato scienter vel ignoranter, sed simpliciter loquitur, quod non credo verum, quia cum jure commune hic distinguitur, ut patet tunc in hac Decretali que loquitur in ordinato ignoranter per saltum ante annos discretionis secundum Host. ante n. 1. in verbo *Negligentia*, tunc in d. c. *solicitudo* 52. dist. ubi distinguitur an talis se fecerit sic promoti ex negligentia seu ignorantia,

an verò ex superbia, eodem prorius modo dilingui debet Decretum Concilii, quia lex nova disponens in materia antiqua recipit omnes interpretationes & limitationes quas materia ab antiquis legibus recipiat, l. 1. in *contradictus*, §. Præterea, de can. de non num. pecun. Petrus Brix. in reperi. in verbo *Interpretatio*, ver. *Lex noviter*, quod procedit etiam lex nova superveniens in materia disposita per leges veteres generaliter loquatur, quia ubi omnino distinguitur prout distinguitur leges antiquæ, ut post alios notat Jason in lege *ferendum in princ.* ff. *Qui satis cogast*, idque ne videatur leges veteres corrigere, ut per Cætilion. cons. 10. In facto num. 5. ver. *Ad testamentum*, ubi affirmat Doctores omnes ita tenere & jura allegat.

Hæc enim est interpretatio passiva que in omni materia admittitur, lege. 2. & hic Bartol. can. de *Nexal. lege Jaris Gentium*, §. *si faciat*, ff. de pactis, leg. 1. §. *Lex Julia*, ff. ad legem *Julianam*, Alexander in lege *Marcellus in princ.* n. 4. ff. ad *Tribell.* glossa, Bartolus & Doctores in d. l. *Sciendum*.

Quero, an promotus ad Ordinem Sacrum ante annos discretionis ad etatem legitimam perveniens continere teneatur, nec ne.

In hoc articulo tam variè locuti sunt Doctores, ut ferè dixerit cum Augustino tunc diversitas opinionum quod hominum numerantur, ut referunt in c. *In Sacramentis* de consecr. dist. 5.

Quidam enim arbitrati sunt promotum ad Sacros Ordines etiam ante usum rationis, astringi ad continentiam, eò quod receperit caracterem Ordinis Sacri, ut hic cui lege positiva Ecclesie annexum est votum continentie, cap. *Nullum* 48. dist. cum concord. Atque hujus sententia sunt Petrus de Palude in d. dist. 37. q. 1. art. 1. n. 14. Sanctus Antonius in tertia parte, titulo primo, c. 8. conclus. 3. in fine; & S. Stephanus de Cæcia in reperi. c. ad *limita* 30 q. 1. §. 4. q. 19. n. 465.

Alii contra simpliciter dixerunt sic ordinatum non teneri continere, ut Guillem. 2. de Monte Laud. in clem. un. §. 2. de *homic.* & Asten. lib. 6. in tit. de *etate ordinandorum*, art. 1. q. 3. quia continentia est voti non precepti, *Integritas* 33. q. 1.

Sed glossa Joann. s. in c. *Esote*, alias in c. *Pueri* in verbo *Ad Sacros*, ver. *sed nunquid* 1. q. 1. resolvit hunc teneri, si sit doli capax, quia & voto & Sacramento se obligare potest, c. 1. de del. p. puerorum, licet non Religiosi, §. cum *ergo* 27. q. 2. & cum hac glossa transeunt hic Anton. de Butt. n. 4. in fin. Card. n. 2. q. 1. Vital. in clem. *generalem* n. 10. & *Jug. de atat.* & *qual.* & ex Theologis Sotus de *justi.* & *jur.* qu. 2. art. 5. ad ult.

Similiter glossa nostra hic in verbo *discretionis* tenet, licet vacillando ordinatum ad Sacros ante annos discretionis potius putaret non posse Matrimonium contrahere, quia statim antequam ordinaretur, debuit contradicere & nullo modo consentire; & ita tacit Ordo quod votum facere non potest, quia in tali etate non tenet votum, cap. ad *nostram* & cap. *significatum* supra de Regular. & quamvis glossa lubdæ equis videtur ad contrahere possit, tandem nihil minus concedit verum esse quod dixi prius, quia antequam ordinaretur debuit contradicere; & sequitur Zenzelius in clementia *Generalis*, de etat. & qual. Verum Innoc. in c. *Vel non est compos* n. 1. in verbo *Ad etatem supra de temp. Ordinat.* determinat sic ordinatum non teneri ad continentiam, sed posse Matrimonium contrahere, si contradixit statim post susceptionem Ordinis & in contradictione usque ad finem decimi quarti anni perstiterit; vel si contradixit statim post finem decimi quarti anni, arg. c. *Illud* 20. q. 1. id est infra triduum, juxta textum in c. *Ad nostram* de Regular. secundum Host. virginitas enim est voti & non precepti, d. c. *Integritas* 32. q. 1. quod etiam probat alia efficaci ratione, quia ante quatuordecim annos non potest quis, etiam si velit, se expressatringere ad votum continentie, c. 20. q. 1. ergo, multò minus potest tacite per susceptionem Sacri Ordinis, ita Innoc. cui consentiunt *idem* Host. n. 6. & in hac Decretali Joannes Andreas n. 5. Henr. Boich. n. 12. Anchar. n. 8. & Abb. n. 3. & idem Anchar. in d. clem. *Generalis in fine*, de etate & qualitate; & communiter Doctores, ut restatur Prepositus in c. *Subdiaconus* n. 4. in fine, ver. *Monstrum tamen resistit* 77. dist. secus autem est, si nec statim post susceptionem Ordinem ante decimum quartum annum, nec postea infra triduum contradicatur, quia censetur se tacite voto astringisse, arg. c. *De illis* 1. & 2. de *spoliat impub.* c. *Insuper qui Matrim. accusat*. possess. capite *Cum virum* & cap. *Cum sumus de Regularibus*, cap. 1. §. *Quod si eodem tit.* lib. 6.

Quod adeo verum est, ut non adveniente etate sit necesse ordinatum interrogare, an continere velit nec ne, quia nihilominus inducitur ratiō hinc secundum Innoc. in d. c. *vel non est compos*, n. 1. ver. *Nec tamen videtur de temp. Ord.* & Host. n. 7. ver. *sed nunquid*. Nec obstat quòd hujusmodi Fagnan. in V. lib. Decretal.

interrogatio sic necessaria ad ratificationem ingressus in Monasterium, ut notatur in c. 2. de Regular. nam ut respondet Innoc. inter hos casus est ratio diversitatis, nam ordinatus quamvis minor, caracterem recipit & Ordinem habet; & idè de facili continentie votum ex Constitutione Ecclesie Ordini annexum non solum expressè sed etiam tacite introducitur. At ingressus Monasterium non est Monachus quousque annum decimum quartum compleverit; & idè requiritur expressus consensus, vel ratificatio aequipollens; & idem in Matrimonio, ut in cap. *Attestationes*, supra de *desponsationibus impuberum*.

Hæc tamen ratio diversitatis non placet Hostiensis, Joanni Andreæ & Ancharano, quia utrumque votum non tantum expressè, verum etiam tacite ratificatur, ut legitur & notatur in c. 1. de Regular. lib. 6. unde Host assignat aliam rationem differentie, videlicet quia ingressus minus habet de tempore; & idè magis fuit ei providendum. Præterea secundum Hostiensium inter utrumque casum nulla est diversitas, quia etiam ingressus sine interrogatione per solum lapsum anni efficaciter obligatur, ut in capite *Statimus*, de Regularibus.

Præter hos Henr. Boich. in hac Decretali, col. 4. ver. *Sedra distingue*, conjungendo opiniones sic distinguit, ut sic ordinatus & doli capax & tenetur continere, quia debuit contradicere ante susceptionem Sacri Ordinis; & in hoc casu procedat opinio glossæ Bernardi in hoc c. *Ast non est doli capax* & procedat distinctio Innoc. & Host. ut non teneatur ad continentiam, si statim vel post finem decimi quarti anni contradixerit, alius verò teneatur, quia tacendo censetur ratificare. Verum hoc ultimum impugnat Egid. Bellam. ibid. n. 4. in §. q. ver. *Et quidquid sit*, scilicet enim ex sola tacite tuitate, non induci ratificationem Ordinationis, nisi ex aliquibus indicis hoc deprehendatur per caput *si infantes*, de *desponsationibus impuberum*, lib. 6. ab initio enim O dnis suscepto illud ad continentiam non obligavit, nec loca ratiōnis obligationem inducit, lege *Qui Vas*, §. *Vetare*, ff. de *furt.*

Demum nonnulli ex modernis Theologis putant indistinctè hunc non ligari voto continentie, nisi factus adultus O dinationem suam ratificaverit, ut Thomas Sanchez & alii per com citati in tract. *per Matrim.* tom. 2. lib. 7. de *imped.* q. 30. num. 8.

Quid dicendum? In tanta opinionum difformitate, ut clara separantur à dubiis & apparet in quo Doctores discrepent aut coneniant & quid verus videatur, infra serpsus casus arbitror esse distinguendos.

Primus casus est, cum ordinatus ante annum decimum quartum post finem decimi quarti anni Ordinationem suam expressè approbat & ratam habet; & extra dubium est hunc ad continentiam teneri nec posse validè Matrimonium contrahere, arg. l. 1. & fin. cod. *si major. factus ratum habet* & c. 1. in princ. de Regular. lib. 6. hic, *seu professioem à se prius factam ratam expressè habet*, quod tenent Hugo in d. c. *Subdiaconus* 77. dist. & post eum Archid. in c. *Pueri* n. 1. ver. *Vel si consenserit factus adultus* 1. q. 1. Bellam. in d. c. *vel non est compos*, n. 4. ver. *Primo si talis*. Host. & Joan. And. hic quoque referunt & sequitur Henr. Boich. col. 4. ver. *Ego verò Henricus*; & sic primus casus est indubitabilis jure communi inspecto.

Sed non levis est difficultas, an hodie corrigatur jure novissimo Concilii Tridentini, Thomas Sanchez in tractatu de *Matrim.* tom. 2. lib. 7. de *imped. disp.* 30. n. 8. in fine, putat ad validitatem ratificationis hodie requiri ut fiat post annum decimum sextum completum, quia ante illud tempus sicut non potest quis se voto solemnè professioem astringere, ut in Decreto, capite 5. *sessioe* 25. de Regularibus, ita nec ad continentiam se obligare per ratificationem Sacri Ordinis; & infra, *numery de rem*, affirmat tempus contrahendi, hodie durare usque ad decimum sextum annum, qui successit pubertati oim requiritur ad validitatem professionis.

Constatum, credo, quia Decretum d. c. 25. nihil dispulset de voto, ut declaravit Sacra Congregatio eisdem Concilii Interpretes. Et multum interest inter professioem regularem & votum castitatis, licet solenne; nam per hujusmodi votum ordinatus obligatur ad solam continentiam, c. 1. c. *Discerni* & c. *De his* 28. dist. c. 1. 31. dist. At per professionem regularem præter castitatem obligatur etiam ad obedientiam & p. operantem, ut in c. *cum ad Monasterium supra de statu Monach.* unde tempus quatuordecim annorum quod Consilium prorogavit, ad validitatem professionis usque ad annum decimum sextum completum, non censetur prorogasse ad validitatem voti solius castitatis, quod non tantam requirit deliberationem quantum requirit sollemnis professio, qua quod Religiosis perpetuò mancipatur. In Regulæ enim observatione gravitas est & labor, ut inquit glossa in c. *ad nostram* in verbo *ante consummationem de Regul.* præterea, quamvis doli capax possit obligare alius votis, ut notat Innoc. in c. *Scriptura supra de voto*, tamen secus est in voto continentie,

SUMMARIUM.

- 1 Subdiaconus, qui ignoranter per saltum fit Presbiter, post penitentiam in Diaconum ordinatur & demum poterit secum in Sacerdotio dispensari.
- 2 Ordo Presbiteratus non praequirat ex necessitate Sacramenti ordinem Diaconatus.
- 3 Ordinatus ad sacros Ordines praetermissis Minoribus characterem recipit, & n. seq. usque ad n. 6.
- 4 Praeposieratio facti non vitiat.
- 5 Ordines minores fuerunt in primitiva Ecclesia ex institutione Christi.
- 6 Episcopalis Ordo an praequirat characterem Presbiteralem ex necessitate Sacramenti.
- 7 Presbiter est capax consecrationis Episcopalis, licet non sit Diaconus vel Subdiaconus.
- 8 Episcopus si conferat Ordinem Diaconatus vel Subdiaconatus, quem non habet, characterem non imprimit.
- 9 Ordinatio in Presbiterum conferendi sunt Ordines inferiores de quibus ignoratur an fuerint collati.
- 10 Ordo cum dubitatur an fuerit collatus ab Episcopo conferri debet sub conditione & n. 15.
- 11 Sive dubium sit facti, sive juris.
- 12 Ordinatus per saltum si nolit ministrare, non debet praecipi cogi suscipere Ordinem praetermissum.
- 13 Ordines sacri non requirunt usum rationis ex necessitate Sacramenti, sed ex necessitate praecipi tantum.
- 14 Aetas discretionis quandoque dicitur post septennium, sed regulariter post annum decimum quartum in masculo & duodecimum in femina.
- 15 Ordinatus ante aetatem legitimam, an recipiat characterem si Episcopus publico edicto protestatus fuerit se nolle Ordines conferre nisi in legitima aetate constitutus.
- 16 Dispensare potest Episcopus cum Presbitero ordinato per saltum, ut posteaquam penitentiam egerit & ordinem omnium receperit in Presbiteratu ministraret.
- 17 Et quid si ordinatus fuerit scienter & dolose, ibidem vers. Verum Hostiensis.
- 18 Et quid si ministraverit in Ordine, quo carebat & n. 20.
- 19 Et quid post Concilium Tridentinum, num. 21.
- 20 Dispensare quis possit cum ordinato per saltum post annum aetatis decimum quartum.
- 21 Ignorantia crassa & supina non excusat, ibidem & n. seq.
- 22 Ignorantia non est tolerabilis in sacro proprio, maxime recenti & solenni.
- 23 Ordinatus per saltum si ministraverit habetur pro non ordinato in sui praedictum nec potest eligi in Episcopatum.
- 24 Ordinatus per saltum est ipso iure suspensus ab executione Ordinum, ac si ministraverit irregularitatem incurrit & n. seq.
- 25 Irregularis efficitur qui ministrat in Ordine, a quo est suspensus.
- 26 Dispensare an hodie possit Episcopus cum scienter ordinato per saltum.
- 27 Lex nota superveniens in materia disposita per leges antiquas quamvis generaliter loquatur, tamen distinguitur prout distinguunt leges antiquae.
- 28 Interpretatio passiva admittitur in omni materia.
- 29 Ordinatus in sacris ante annos discretionis ad aetatem legitimam perveniens an continere teneatur latissime dicitur usque in finem.
- 30 Quis si factus adultus ordinationem suam ratificavit expressis, num. 40.
- 31 Et quid si tacite eo quod velit in ordine remanere & uti privilegii clericibus, n. 48. & 69.
- 32 Et quid si Ordinatus ante usum rationis postea contradixit & in contradictione perseveraverit, tam ante quam post finem decimi quarti anni, n. 50.
- 33 Et quid si post usum rationis usque ad finem decimi quarti anni tacuit, sed postea infra triduum reclamavit, num. 52.
- 34 Et quid in casu converso, n. 53.
- 35 Et quid si semper tacuit & habuit se mere, negativè, numero 54.
- 36 Item quid si tempore ordinationis erat doli capax & post susceptum ordinem statim contradixit & perseveravit in contradictione usque ad finem decimi quarti anni, sed postea tacuit, n. 70.
- 37 Et quid in casu converso, n. 72.
- 38 Et quid si consensit tantummodo ante susceptum ordinem postea vero non consensit, nec dissensit, n. 74.

- 38 Opiniones Doctorum referuntur de continentia ordinati ante annos discretionis & n. seq. usque ad n. 40.
- 39 Doli capax & Voto & Sacramento se obligare potest. Declaratur, num. 51. & num. 45.
- 40 Ordo facit quod votum facere non possit. Contrarium, num. 51. & 68.
- 41 Virginitas est voti, non praecipi, & n. 51.
- 42 Voto continentiae nec tacite, nec expresse potest quis se asserere ante quatuordecim annos, & n. 45. & 69.
- 43 Ordinatus ante annos discretionis, qui nec ante, nec post finem decimi quarti anni infra triduum contradixit, censetur ratificare, & n. 38. & 74.
- 44 Nec est opus interrogare Ordinatum an velit continere, necne.
- 45 Secus in professione, & cur, & n. seq. & 78. in fine.
- 46 Votum tam professionis, quam continentiae expresse, & tacite ratificari potest.
- 47 Taciturnitas ratiabitionem non inducit & n. 56. Declaratur num. 58. usque ad num. 65.
- 48 Ratificans ordinem sacrum ante annos discretionis susceptum non potest valide Matrimonium contrahere.
- 49 Anve ratificatio hujusmodi hodie fieri possit ante annum decimum sextum expletum & n. seq. usque ad n. 48.
- 50 Votum castitatis hodie tam expresse quam tacite fieri potest à majore aetate quatuordecim, sicut poterat ante Concilium Tridentinum, & n. seq.
- 51 Professio Regularis majorem requirit deliberationem quam votum continentiae.
- 52 In regula observatione gravitas est & labor.
- 53 Impubes potest ad alia vota se obligare, non autem ad votum continentiae & cur.
- 54 Votum continentiae facilius introducit in eo qui characterem habet Ordinis sacri, quam in ingresso in Monasterium, qui Monachus non est.
- 55 Lex exorbitans à jure communi non extenditur ultra casum expressum etiam ex identitate rationis.
- 56 Ratificatio tacita obligat ad votum continentiae Ordini sacro annexam, sicut expressa.
- 57 Idem professione, sponsalibus & Matrimonio.
- 58 Consensus liber voluntatis est de intrinseca ratione voti.
- 59 Ecclesia non potest quemquam invitum obligare ad votum continentiae.
- 60 Paero in eunis ordinato non praedicitur si adveniente aetate adulta contradicat, vers. Idem apertius tenet Hugo, & n. seq.
- 61 Taciturnitas an & quando habeatur pro consensu.
- 62 Et quid in praedictis ubi agitur de obligatione inducenda.
- 63 Et quid si cum taciturnitate concurrat actus positivus & n. seq. usque ad num. 65.
- 64 Et quid in favorabilibus, num. 63.
- 65 Intellectus, cap. Diaconus 27. dist. Ordinem sacrum suscipiens tenetur continere, licet ante ordinationem protestatus fuerit se nolle continere vivere, ibid.
- 66 Connexorum alterum recipiens censetur ad alterum se obligare.
- 67 Intellectus, cap. Si forte, 65. dist.
- 68 Litteras recipiens & legens censetur eo ipso illas approbare & debitum consistere.
- 69 Cautela mirabilis ad extorquendam confessionem à debitor.
- 70 Professio ante annos discretionis omissa an & quando post aetatem legitimam censetur tacite ratificata & n. 76.
- 71 Ratiabitionis actus nulli ex defectu consensu per solam remotionem impedimenti non inducitur & n. 84.
- 72 Sponsalia contracta ante usum rationis per supervenienciam aetatis non convalescunt, nisi verbo vel facto ratificentur.
- 73 Matrimonium metu contractum in aetate innabilis de jure communi convalescit per copulam subjectam, non autem per solam remotionem impedimenti.
- 74 Ordinatio sacro annexum est votum continentiae ex Constitutione Ecclesiae & n. 77.
- 75 Nisi impediat defectus aetatis.
- 76 Ordinationi sua contradicens ante decimum quartum annum censetur postea in priori dissensu perdurare & n. seq.
- 77 Idem in casu converso, num. 75.
- 78 Voluntatem immutatam allegans probare debet & n. 75.
- 79 Votum à viro emissum uxore contradicente statim ea mortua ex perseverantia in Monasterio solemnizatur.

- 96 Votum virginitalis firmatur ex quo aetas jam adulta esse cepit.
- 97 Votum continentiae inest professioni de sui natura & est de istius substantia.
- 98 Ratificatio inducitur propter precedentis actus continuationem.
- 99 Ratificatio Ordinis ante annos discretionis suscepti inducitur eo ipso quod Ordinatus post pubertatem infra

- triduum non reclamavit.
- 80 Pariosus habens dilucida intervalla in Subdiaconum Ordinatus an continere teneatur & an sit ei concedenda dispensatio, ut possit contrahere Matrimonium.
- 81 Et quid si dum erat mentis compos intentionem habuit suscipiendi Diaconatum.
- 82 Et quid si tempore suscipientis non agitabatur favore.
- 83 Et quid in dubio.

Tuæ litteræ. Qui ignoranter per saltum de Subdiacono fit Presbiter, post penitentiam in Diaconum ordinatur, & demum secum poterit in Sacerdotio dispensari. Hoc dicit secundum omnes Communis divilio. Secunda, hic, Mandamus.

Nota primò ex hac Decretali ordinem Sacerdotalem non praequirere ex necessitate Sacramenti characterem ordinis Diaconatus, quod aperte probatur hic, quia Ordinatus in Presbiterum praetermissis Diaconatu non jubetur iterum Ordinari ad Ordinem Presbiteratus. Imò posteaquam penitentiam pergerit, & Diaconatum susceperit, ex misericordia praetermittitur ministrare in Ordine Sacerdotali, ut hic in fine; & sic character Presbiteralis fuit absque dubio impressus & praeposieratio non obstat; ad idem textus in c. Solicitudo, 51. dist.

Hoc autem procedit non tantum si solus ordo Diaconatus fuerit omittus, fuerit vel qui inferiores Ordines, nam est Hugo relatus hic in glossa. tenentur laicum ordinatum ad sacros Ordines nihil recipere, eo quod sicut viri & mulieres conjunctio unum perficit corpus, ita Clericus & Sacerdotium unum faciunt Presbiterum, ut legitur in cap. Sicut, 40. dist. tamen oppositum docuit Vincentius, nam secundum eum etiam qui nullum habeat ex minoribus ordinibus, tamen si promovetur ad sacros utique ordinem recipit. Et hanc opinionem Vincentii sequuntur hic glossa final. Hostiensis n. 2. Joan. Andr. n. 6. in fine, dicens enim tenere Pretium Hispanem & Goffred. Item Mar. Socin. in 1. notab. idem firmat glossa unica in d. c. Solicitudo, 72. dist. quæ hinc colligit praeposierationem facti factum non vitare. Et Innocentius in c. 1. de Presbiter. non baptiz. ubi hoc probat ea ratione, quia tempora Apostolorum in primitiva Ecclesia non erant minores Ordines; Ecclesia enim ipsos primo constituit, c. 1. 22. dist. & tamen ipsi Apostoli fuerunt Sacerdotes, cap. In novo, 21. dist. Ad hanc tamen rationem Innocentii respondet hic Joan. Andr. n. 7. Ordines minores fuisse institutos ab Ecclesia antequam aliquis Apollonius ordinaretur, quod etiam videtur sonare illa littera.

Sed tu adverte ad id quod ait Innocentius, Ordines minores non fuisse in primitiva Ecclesia, nam oppositum docuit Sacra Tridentina Synodus, sess. 23. de Sacram. Ordin. c. 2. hic. Et ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina atque uniuscujusque eorum propria ministeria, subdiaconis scilicet, Acolythi, Exorcistae, Lectoris & Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur. Item quod subiecti Ordines minores fuisse ab Ecclesia institutos, periculum est ut probavi latissime in c. cum contingat, à n. 72. supra de aetate & qualitate. Nec obstat textus in d. c. 1. 22. dist. qui non loquitur de Ordinibus, sed de Dignitatibus, quos omnes instituit Romana Ecclesia. Alioquin si de Ordinibus loqueretur, Ordo Episcopalis de quo hic fit mentio, esset ex Constitutione affirmare, non autem ex Ordinatione Divina, quod esset haereticum affirmare, ut in Decreto Concilii Tridentini, sess. 23. de Sacram. Ordin. Can. 6. & scripti in c. 1. n. 9. supra de Ordin. ab Episc. & plenius in c. Quamvis de consuet. Praeterea Dominus Sacramentum Ordinis instituit & Apostolos ordinavit Sacerdotes in Coena, cum dixit eis. Hoc facite in meam commemorationem, ut per Divum Thomam in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 2. & Turrecrem. in c. Presbiter, n. 2. 23. dist. & definitum est à Tridentina Synodo, sess. 22. de Sacros. Missae, c. 1. & Can. 2. unde hoc dicit Joannes Andreas Ecclesiam instituisse minores Ordines antequam Apostoli ordinarentur, hodie est error. Quidquid tamen sit de dictis Innocentii & Joannis Andreæ, praedicta conclusio quod Ordo Sacerdotalis non praequirat characterem aliorum Ordinum ex necessitate Sacramenti, verissima est, quia potestates sunt distinctae, ut docet Sanctus Thomas in 4. dist. 24. q. 1. art. 2. q. 5. Sanctus Bonaventura ead. dist. q. 3. Raimundus, Petrus de Palude, Astenlis & ceteri Theologi, ut hic testatur Henr. Boich. col. 3. in princ. vers. Aut est masculus & Silvester in verbo Ordo 2. n. 1. vers. Nec etiam; & ex recentioribus Tolerus in summa, libro primo, capite quinquagesimo, verliculo Alterum est, quod etiam sequuntur communiter Doctores hic, teste Abbate, num. 4.

Cæterum, quamvis hæc ita se habeant in Ordine Presbiteratus, non transeunt tamen absque difficultate in Ordine Episcopali, nam Bartholomæus Brixiensis in c. Solicitudo 51. dist. ut hic notatur in glossa unica in fine, opinatus est laicum recipere Ordinem Episcopatus & characterem imprimi, si ei

conferatur in forma Ecclesiae ad eo qui potestatem habet, argumentum hujus Decretalis; & hoc placet hic Joan. Ande. in fine. Id ipsum post Hugonem tenet Archidiaconus in cap. Subdiaconus 77. dist. ubi sic ait. (Imò plus dico, quod in eunis potest puer esse Sacerdos & Episcopus & omnes Ordines recipere secundum Hugonem.) & hanc pattem pluribus hic teneat Henr. Boich. col. 3. vers. Tu dicit, ubi etiam respondet ad textum in cap. Ex litteris, infra de excess. Prælat. pro qua etiam concludit Praeposieratio in d. c. Subdiaconus n. 4. dicens. (Ista argumenta Theologorum procedunt retono quod Episcopatus non fit Ordo per se separatus à Sacerdotali, sed quadam uberior facultas. Sed retona opinione Cano. istarum quam tenui in c. 1. 21. dist. scilicet quod Episcopatus sit Ordo separatus & imprimat suum characterem: ista opinio non procederet, quia imò imprimeretur character; & est eadem ratio que in Ordine Sacerdotali.) Hæc Praeposieratio. Ex ita communiter teneri affirmat Abbas hic n. 5. vers. Quoad secundam. Veritas tamen est prædictam opinionem nec communem nec veram videri, quoniam Canonice ferè omnes, excepto Bartholomæo Brixiensi & aliis præallegatis opulorum tenuerunt, nempe Vincentius, Petrus Hispanem, Goffredus, Joannes Bernardus, Innocentius & Hostiensis supra citati n. 3. & in c. Indecorum de aetate & qualitate. Petrus de Sampone & Abbas antiquus n. 2. Joan. Andr. n. 10. Bellam. n. 15. vers. probatur hoc. Butr. n. 8. vers. Ordo Sacer & Anchar. n. 2. vers. Nam & Presbiter. Item Turrecrem. in d. c. Solicitudo 52. dist. & hujus opinionis esse omnes ferè Doctores scripte Raimundus in c. Gratia 1. q. 1. ut refert Turrecrem ubi supra, quam etiam veriorum esse dicit glossa final. hic per textum in c. Ex litteris, §. cum igitur hic. Nam igitur Post-facta officium sine Altaris Ministerio &c. infra de excess. Prælat. & Silvester loc. cit. de cujus veritate plura scripti in d. c. 1. de Ordin. ab Episcop. ubi etiam num. 81. post rationem diveritatis, cur Ordo Sacerdotalis non praequirat characterem aliorum Ordinum ex necessitate Sacramenti; & tamen Episcopatus praequirat characterem Presbiteralem ex necessitate consecrationis.

Adverte tamen, quia etsi non habeat Ordinem Sacerdotalem non sit capax consecrationis Episcopalis, tamen qui Sacerdos est, potest consecrari Episcopatus, licet Ordinem Diaconatus vel Subdiaconatus aut alios inferiores non habeat; sed priusquam exequatur, supplicandum est id quod deest, ut hic & in d. c. Solicitudo 51. dist. Quod si Episcopus daret Ordinem Subdiaconatus vel Diaconatus quem non habet, nihil conferret, arg. c. Gratia & c. Ventum est 1. quasi. 1. cap. Diversum 1. q. 7. & c. Quomodo de consuet. dist. 4. & notat hic glossa final. Host. n. 1. vers. Hanc autem recipit & alii supra citati.

Secundò nota hic, in Diaconum ordinare potest; ordinato in Presbiterum esse conferendos inferiores Ordines, de quibus ignoratur an fuerint collati, necne. Rationem habet in littera, quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur, quasi dicitur quavis Sacramentum Ordinis non sit iterabile, c. 1. & c. fin. supra de Sacrament. non iteram. Concil. Trid. sess. 7. Sacram. can. 9. Tamen non dicitur iterari ordo, qui nescitur esse collatum concordat c. Ecclesiae & cap. Solemnitates, de consecr. dist. 1. & cap. Placuit, de consecr. dist. 4. Episcopus autem ratione dubii praemittere poterit hæc verba, videlicet: Si tu es Ordinatus in Diaconum non te ordino, & nihil dare vel recipere intendat. Si verò non est Ordinatus, ordino te, & in mente gerat & super eodem instruat ordinandum secundum Host. n. 2. in verb. Iteratum, Joan. Andr. eodem numer. in verb. Procures, & Mar. Soc. in 3. notab. Adde tu & ordinationem periciat in forma Ecclesiae, id est profatur verba formæ & adhibet instrumenta pro materia eidem ordini assignata, ut in Concilio Florentino in decreto fidei Eugenii IV. pro instructione Armenorum in §. Sextum Sacramentum & aliis enim characterem non imprimeret, ut hic, & in cap. Extra Catholicam, & c. Detrahe 1. q. 1. c. 1. & c. penult. de Baptism. & notat in cap. 1. infra de schis. glossa in verb. Irritas, Joan. Andr. n. 7. Butr. 3. Card. n. 4. in 3. q. & Abb. n. 4. Similis cautela cum dubitatur de Sacramento Baptismi habetur in cap. 2. de Baptism. & de Ecclesiae, de qua dubitatur an sit consecrata in dict. cap. Solemnitates, de consecr. 1. dist. 1. Quod procedit non tantum in dubio facti, cum scilicet veritatem quæsitio an Ordo fuerit collatus necne, ut hic; sed etiam in dubio juris cum queritur an ritè collatus fuerit, ut scripsi in cap. unis.

quia cum ante pubertatem non habet potentiam coeundi nec posse matrimonium contrahere...

Hec autem ratio impotentiae coeundi non consideratur in professione, neque enim Concilium dum praefixit annum...

Præterquam quod facilius introducit votum continentiae Ordini Sacro annexum in eo qui iam ordinatus est...

Sed eadem ratio vigeret in utroque casu, tamen cum Decretum Concilii corrigat jus commune in casu professionis...

Secundus casus est cum ordinatus ante annos discretionis post annum decimum quartum ratificat non quidem expressè...

Tertius casus est, cum tempore ordinationis sui non erat doli capax, sed post usum rationis statim contradixit...

Quintus casus est, cum ordinatus ante usum rationis postea factus doli capax, tacuit usque ad finem decimi quarti anni...

Quintus casus est, cum ordinatus ante usum rationis postea factus doli capax, tacuit usque ad finem decimi quarti anni...

Quintus casus est, cum ordinatus ante usum rationis postea factus doli capax, tacuit usque ad finem decimi quarti anni...

sed postea statim contradixit; & idem dicendum est quòd in casu precedenti, ut scilicet continere non teneatur, quòd evidenter patet...

Quintus casus est, cum ordinatus similiter ante usum rationis postea factus doli capax, nec ante nec post finem decimi quarti anni...

Sed nihilominus verius videtur hunc ad continentiam non teneri, nam si insipientis tempus Ordinationis, votum induci non potuit...

Nec obstant iura contraria, quoniam procedunt quòd votum taciturnitatis concurrens actus positivus, ut declarat Socin. in praescripta regula...

no. 10. de elect. & in his terminis etiam procedit textus in d. c. si forte 65. dist. 1. nam hic quoque intercessit actus positivus...

Episcopo tacente & dissimulante, jus ordinandi ad Episcopos vicinæ Provinciae fuit devolutum, nam litteras recipientes & legens censetur eo ipso illas approbare...

Item non obstant iura quæ inducunt tacitam professionem ætatem legitimam, quoniam vel loquuntur in eo qui post decimum annum immisit se actibus professorum...

Demum non obstat quòd faciat Ordo quod votum facere non possit, ut dicitur glossa præallegata n. 29. & 30. etenim cum Ordo Sacer est glossa Constitutione ecclesiæ habeat votum continentie annexum...

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in c. pueri n. 1. q. 1. ait. (Sed tu dic cum Hugone quòd talis tenetur continere vivere, si velit in Ordine remanere & ministrare...

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in c. pueri n. 1. q. 1. ait. (Sed tu dic cum Hugone quòd talis tenetur continere vivere, si velit in Ordine remanere & ministrare...

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in c. pueri n. 1. q. 1. ait. (Sed tu dic cum Hugone quòd talis tenetur continere vivere, si velit in Ordine remanere & ministrare...

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in c. pueri n. 1. q. 1. ait. (Sed tu dic cum Hugone quòd talis tenetur continere vivere, si velit in Ordine remanere & ministrare...

Ordin. quia loquitur in eo qui post susceptum Ordinem statim contradixit; & sic in eo qui tempore Ordinationis erat doli capax.

Sextus casus est in eo qui erat quidem doli capax tempore Ordinationis, sed tamen post susceptum Ordinem statim contradixit & in contradictione usque ad finem decimi quarti anni perseveravit...

Septimus casus præcedenti oppositus est in eo qui similiter tempore ordinationis erat doli capax, & post susceptum Ordinem tacuit usque ad finem decimi quarti anni, sed postea infra triduum reclamavit...

Octavus & ultimus casus est in eo, qui tempore ordinationis itidem erat doli capax, & post susceptum Ordinem tacuit usque ad finem decimi quarti anni, quod postea infra triduum ratificavit aut reprobavit...

Et hanc sententiam, si diligenter expendatur, tenet Archid. post Hugonem in c. pueri n. 1. q. 1. ait. (Sed tu dic cum Hugone quòd talis tenetur continere vivere, si velit in Ordine remanere & ministrare...

quia ex quo... jam adulta esse cepit, firmatur votum virginittatis, capite 1. 20. quæstion. 1. & notat gloss. in cap. Significatum, in ver. Ratam habuerit, de Regular. quæ dixit professionem ante decimum quartum annum emittam validam, si post illud tempus remaneat, argum. e. Litteras & cap. Accelisi, de despons. impub. & esse ibi argumentum quod ea, quæ ab initio non valent, tractu temporis convalescunt, ut in cap. De illis, il secundo eod. tit. Idem notat gloss. in cap. 2. in verb. Permaneat, de Regul. dicens puerum ante finem decimi quarti anni posse resiliire, postea vero exire non posse; allegat, cap. Illud, 20. quæst. 1. Licet per jura Sexti ad hoc requiratur perseverantia annalis post annum decimum quartum cum delatione habitus indistincti, ut in cap. 1. de Regular. lib. 6.

Et confirmatur, quia difficiliter introducit votum solemne Religionis in eo qui non est professus & de non Monacho efficitur Monachus, quam votum & solemne continentie Ordini sacro annexum in eo qui jam ordinatus est & characterem habet secundum Inoc. Host & alios præallegatos, n. 34. vers. Quod ad id verum est. Item secundum Calder. in præalleg. cons. unica, circa finem, Qui Cleric. vel votum professioni inest votum continentie de sui natura & est de ipsius substantia, cap. Cum ad Monasterium, de stat. Monach. Sed Ordini sacro inest ex Constitutione Ecclesie cap. Nicæna, 31. dist. & cap. Cum olim, de Cleric. conjugat. & dictum est supra, n. 68. Quamobrem si in predictis duobus casibus remoto impedimento solemnizatur votum Religionis ex perseverantia in primo consensu; multo magis ex eadem perseverantia remoto obice solemnizatur votum castitatis Ordini sacro annexum. Præterea generale est, ut ratificatio inducatur propter præcedentis actus continuationem, ut notat Marian. Socin. in reg. 3. Taciturnitas ad aliquem obligandam, in 4. fallen. Postremò pro hac sententia est clarè Inoc. & alii supra citati, n. 31. Non enim dicunt sic ordinatum non teneri continere, nisi post pubertatem ratificet, ut male eos inducit Sanchez lib. 7. de impedim. disput. 30. n. 9. Sed dicunt teneri continere si contradicat statim post susceptum Ordinem & in contradictione perseveret usque ad finem decimi quarti anni. Aut si statim post finem decimi quarti anni contradicat. Et sic aperte sentiunt à contrario ordinatum teneri si taceat & non contradicat. Et ita ad hoc non requirunt ratificationem; imò nec requirunt ut ordinatum post ætatem adultam interrogetur, an velit in Ordine remanere necne, ut dictum est supra, n. 34. Præterquam quod estsi requirerent ratificationem, illa tamen inducitur eo ipso quod ordinatus post ætatem legitimam infra triduum non reclamavit, quia cen-

setur ratificare, ut ex dictis patet & idemmet Sanchez fatetur sub n. 10. in fine & n. seq. ubi idem non requirit interrogationem. Et idem tenentis annumeranda est gloss. fin. hic, & Doctores qui simpliciter asserunt sic ordinatum teneri continere vivere & impediri Matrimonium contrahere, si tempore ordinationis erat doli capax, alius secus; quæ distinctio, communiter tenetur teste Imola in capite. Joannes, n. 22. supra de Cler. conjug.

Porro huic conclusioni valde affine est, quod de furioso censuit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Quæsitum est enim, an furiosus habens dilucida intervalla ad Subdiaconatus Ordinem promotus continere teneatur; & dato quod teneatur, an sit ei concedenda dispensatio, ut possit contrahere Matrimonium. Die 23. Decembris 1587. Sacra Congregatio censuit teneri, si tempore dilucidi intervalli fuit promotus; vel si id etiam dubium est. An vero teneatur si dum mentis erat comper intentionem habebat suscipiendi Subdiaconatum, subsistit in-jor pars Congregationis; tamen propterea quod non videtur verisimile furiosum quo tempore furore percitus esse Ordinem suscepisse, respondit illum ad continentiam teneri. Ita responso hoc modo est concepta. Aut tempore susceptionis non agitabatur furore, duransibus nempe dilucidis intervallis; & teneri. Aut agitabatur; & non teneri, nisi ante furorem habuisset intentionem suscipiendi. Aut non constat sane, an infans mentis tunc esset & item teneri. Pondera decisionem in ea parte in qua dicit ordinatum in furore ad continentiam teneri, si ante furorem habuit intentionem suscipiendi Subdiaconatum, nam sicut ordinatus in furore durante adhuc furoris impedimento ad continentiam non teneatur, sed impedimento sublato illico remanet obligatus ex vi Ordinis & consensu præcipientis, eodem modo ordinatus in eadem ætate inhabili, durante ætatis impedimento ad continentiam non teneatur, sed statim ligatus remanet eo sublato ex vi præcedentis consensu, & Ordinis jam suscepti, argum. e. Inter corporalia, supra de translat. Episc.

Non obstat textus quem Bellam. allegat in cap. un. de despons. impub. lib. 6. quoniam sponsalia idcirco hic non censentur ratificata per remotionem impedimenti, quia fuerunt nulla ex defectu consensu. Quo casu ratificatio non inducitur, quia non est dare perseverantiam in priori consensu, quia nullus fuit, ut ostensum est supra, n. 65. At secus est ubi actus ab initio non fuit nullus ex defectu consensu, ut hoc casu; tunc enim ex continuatione actus sublato obice bene inducitur ratificatio, ut per Marian. Socin. d. reg. 3. in quarta fallentia, & constat ex dictis.



DE EXCESSIBUS PRÆLATORUM ET SUBDITORUM.

Cælestinus III. Faustino Episcopo.

CAPUT VIII.

Sicut unire Episcopatus, atque potestati subicere alienæ, ad summum Pontificem pertinere dignoscitur: ita Episcopi est Ecclesiarum suæ Diocesis unio & subiectio earumdem. Cum itaque Prior Granden. Monasterium suum, quod est in tua Diocesi, & de tuo debet ordinari consensu, Monasterio de Accato (tuo assensu minimè requisito) subjecerit sive unierit: quod fecit te inconsulto, tibi liceat autoritate nostra (sicut julum fuerit) infirmare: Non obstante assensu, vel confirmatione, quam Metropolitanus interpolasse proponitur: cum in Diocesi sui suffraganei absque ipsius assensu non debeat aliquid contra constitutiones Canonicas attentare. Nos quoque id decernimus irritandum.

SUMMARIUM.

- 1 Abbas Monasterium suum alteri Monasterio subicere, vel unire non potest sine autoritate Diocesis etiam de Metropolitanis consensu.
2 Inter potestatem Papæ & potestatem Episcoporum qua sit proprio.
3 Papa potest Episcopatus unire etiam sine causa & sine aliquis consilio vel consensu.
4 Papa non consuevit, nec potest ardua expedire sine consilio Cardinalium de potestate ordinaria, secus de potestate absoluta.
5 Unio & subiectio Episcopatum est soli Papæ reservata.
6 Concilium Provinciale debet examinare quas Cathedralis invicem unire vel novis proventibus augere expediat.
7 Casus Papæ reservati qui sunt, remissivi.
8 Archiepiscopus licet sit iudex ordinarius suorum Suffraganeorum, nullam tamen jurisdictionem exercere potest in eorum Diocesis nisi in casibus in jure expressis.
9 Episcopus auctoritate propria potest duo Monasteria suæ Diocesis non exempta invicem unire, aut unum alteri subicere.
10 Beneficia unius Diocesis ex quacumque causa ab Episcopo uniri non possunt beneficiis alterius Diocesis.
11 Unio Ecclesiarum exemptarum cujus auctoritate sit faciendâ.
12 Unire an possit Prælati inferior Ecclesie sibi pleno jure subiectas, & n. seq. usque ad n. 19.
13 Quid si Prælati sit exemptus.
14 Et quid si incerta parte Diocesis jurisdictionem habeat Episcopalem, & n. 16. & seqq.
15 Et quid si facultatem uniendo acquisierit præscriptione, vel privilegio.
16 Unire est jurisdictionis Episcopalis.
17 Prælati inferior habens in loco jurisdictionem quasi Episcopalem potest explicare omnia quæ ad Episcopalem jurisdictionem pertinent, ibid.
18 Prælati inferior dicitur habere jurisdictionem quasi Episcopalem si habeat Ecclesie sibi pleno jure subiectas.
19 Abbates exempti & jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem habentes non possunt unire beneficia simplicia præbendis Canonialibus in vni cap. 15. lect. 24. Concil. Trid.
20 Unire an possit Episcopus beneficia propter suam negligentiam ad Sedem Apostolicam devoluta & n. seqq.
21 Unio concernit proprietatem beneficii, collatio vero titularum.
22 Unio non est actus omnino voluntarius, sed requirit causam utilitatis vel necessitatis.
23 Unire an possit Episcopus beneficia Sedi Apostolica reservata vel affecta, & n. seq. usque ad n. 38.
24 Unio facta ab Episcopo de beneficio reservato suspenditur donec Papa contulerit, & provius Apostolicis beneficiis dimiserit.
25 Declaratur, num. 25. & 33.
26 Unio non sortitur effectum in præjudicium expectantis, sed manet in suspensio usque ad illius obitum vel resignationem.
27 Quod procedit si gratis expectativa præcedat unionem, sed si unio procedat gratiam vel reservationem, solutio Apostolica est nulla non facta mentione unionis.
28 Et quid si collatio facta fuerit motu proprio.
29 Unionibus Papæ non consuevit derogare vacationibus per obitum, sed ex causa resignationis duntaxat.
30 Clausula suspensiva quarumcumque unionum in litteris resignationis suspendit etiam uniones factas Seminario. Unio de beneficio vivente valet, sed suspenditur si contingat illud resignari & resignatione & admitti per Sedem Apostolicam, ibidem.
31 Unire non potest Episcopus beneficium reservatum dispositioni, seu ordinationi Apostolicæ.
32 Idem in reservato collationi vel provisioni Papæ, si reservatio sit perpetua.
33 Unire potest Episcopus ex Concilio Tridentino beneficia curata vel non curata cum curatis qualitercumque sint reservata vel affecta.
34 Et quid in reservatis dispositioni vel ordinationi Apostolicæ.
35 Unire potest Episcopus dignitati curata aliam dignitatem.
36 Non tamen unire potest Hospitalia etiam si dentur in titularum & in eo nulla exerceatur Hospitalitas.
37 Unire potest Episcopus beneficia simplicia etiam reservata vel affecta præbendis Cathedralium vel Collegatarum Ecclesiarum.
38 Ita Seminario Clericorum.
39 Et quid post decretum Clementis VIII.
40 Cardinalis Episcopus an unire possit Seminario ante vacationem ea beneficia, quæ si ipso vivente vacarent non obstantibus reservationibus ad suam collationem pertinerent, & n. seqq. usque ad n. 47.
41 Unire potest Episcopus in vim Concilii Seminario Clericorum beneficia etiam tempore unionis reservata vel affecta, n. 43.
42 Clementis VIII. decretum de beneficiis affectis Seminario.